

Federico II di Svevia

*Arenga 076*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 076*

Luglio 1208

Cum de iure ad omnes regimini

Cum de iure ad omnes regimini suo subiectos regius se debeat favor benignitatis extendere, laudabilius ecclesiis dei regalis noscitur cura provisionis inpendi, que tanto minus debent curis secularibus occupari, quanto magis expedit, ut divinus cultus et que in eis pro salute fidelium celebrantur officia, casibus infestis non debeant perturbari. At utique gratum deo pietatis omne studium extimemus, Christo tamen in largiendo locis venerabilibus feneramur nosque gratos divine gratie beneficiis effici credimus, quotiens ecclesiis de nostra munificentia manus extendimus et eorum sustentacionibus pio considerationis oculo providemus.